

Handwritten text in a historical script, possibly Gothic or a related cursive. The text is heavily obscured by a large, irregular tear running vertically down the center of the page. The visible fragments include:

Top line: *... datus ...*

Second line: *... garm ...*

Third line: *... gibel ...*

Fourth line: *... gibel ...*

Fifth line: *... gibel ...*

Sixth line: *... gibel ...*

Seventh line: *... gibel ...*

Eighth line: *... gibel ...*

Ninth line: *... gibel ...*

Tenth line: *... gibel ...*

Eleventh line: *... gibel ...*

Twelfth line: *... gibel ...*

Thirteenth line: *... gibel ...*

Fourteenth line: *... gibel ...*

Fifteenth line: *... gibel ...*

Sixteenth line: *... gibel ...*

Seventeenth line: *... gibel ...*

Eighteenth line: *... gibel ...*

Nineteenth line: *... gibel ...*

Twentieth line: *... gibel ...*

Twenty-first line: *... gibel ...*

Twenty-second line: *... gibel ...*

Twenty-third line: *... gibel ...*

Twenty-fourth line: *... gibel ...*

Twenty-fifth line: *... gibel ...*

Twenty-sixth line: *... gibel ...*

Twenty-seventh line: *... gibel ...*

Twenty-eighth line: *... gibel ...*

Twenty-ninth line: *... gibel ...*

Thirtieth line: *... gibel ...*

Thirty-first line: *... gibel ...*

Thirty-second line: *... gibel ...*

Thirty-third line: *... gibel ...*

Thirty-fourth line: *... gibel ...*

Thirty-fifth line: *... gibel ...*

Thirty-sixth line: *... gibel ...*

Thirty-seventh line: *... gibel ...*

Thirty-eighth line: *... gibel ...*

Thirty-ninth line: *... gibel ...*

Fortieth line: *... gibel ...*

Forty-first line: *... gibel ...*

Forty-second line: *... gibel ...*

Forty-third line: *... gibel ...*

Forty-fourth line: *... gibel ...*

Forty-fifth line: *... gibel ...*

Forty-sixth line: *... gibel ...*

Forty-seventh line: *... gibel ...*

Forty-eighth line: *... gibel ...*

Forty-ninth line: *... gibel ...*

Fiftieth line: *... gibel ...*

Sum **FLORES** *ac in se solo victoria*
TIBVLLI
PROPERTII AC 3882
OVIDII, AB JOAN-
NE MURMELIO SELECTI
& à complusculis mendis
repurgati.



*Sum ex libris Wernmarij
 Febringhrody
 s. namburgensi
 Me. n. s. to. tenet.
 40. 71. e. 3603
 F. 0. 3. 1. n. a. a. a. a.
 Qui. C. m. a. n. e.
 p. a. s. s. i. s. l. i. m. e.
 h. l. e. r. i. m. i. s. a. a. a.*

*Sum manu in du. s. itz
 600. 1. 1. 1. 1. 1.*

LEMGOVIAE,
Per Heredes Conradi Grothenii.
M. D. C. I.

*Gerhardus A Wreden
 D. v. v. s. p. o. s. s. e. s. s. o.
 f. a. n. i. s.*

*on. h. o.
 3. m. s. v. n. l.*

un. v. r. o. s. m. u. l. t.

JOANNES MURMELLIUS THEODORICO TZUYVFLIENSI, VIRO
Literato, & Mathematicarum disciplinarum in
primis perito. S. D.

Rogatus à te nuper, amicorum optime, ut, si
quando tantillum otii suppeteret, ex Ovidii li-
bri versus ad puerorum institutionem magis
idoneos quasi quosdam flores seligerem, & in
libello componerem, non potui honesta petenti non ob-
temperare. Neq; Naeronis modo elegos perlustravi, ve-
rum Tibulli etiam atq; Propertii, non minus in eo ge-
nere poematis nobilium poetarum: quo & tibi plura
quam petisses praestarem, & studiosis adolescentibus
prodesse tuo rogatu. Sunt autem illorum opera, ut cul-
ta & jucunda, sic mollitiei, lasciviae atq; Veneris referta,
ideoq; vernanti aetati minimè perlegenda, ne tenerae
adhuc mentes illo inquinentur affectu, qui disciplina-
rum studium maximus hostis à sapientissimo quoq; philo-
sopho judicatur. Qui vero memorabiles turpi materiae
versus sunt inserti maximè ad bonos mores facientes,
diligenter lectitandi, memoriae q; tradendi sunt, & tan-
quam erutum è sordibus aurum, aut gemmae ex are-
ni, in precio habendi. Quos ex maxima parte in hoc
opusculo collegi, praepositis breviter argumentis, quo
facilius percipiantur. Neq; tamen (quod quidam aude-
culi fecerunt) poetarum carmina consudi, aut immutavi
sed eo ordine, eaq; integritate, qua apud ipsos auctores
leguntur, reposui. Quod si pauca in alienum sensum de-
flexerim nemini mirum videatur, cum id nec ab re
factum sit nec autoritate careat: quod is demum explo-
raturum habebit, qui Divi Hieronimi opera perlegerit.
Accipe itaq; mi Theodorice selectos versus ex Tibullo,
Propertio & Ovidio, memoria digniores: eosq; pueris
quo latinitati & bonis pariter moribus assuescant,
tradito. Vale, & Murmelium tui
amantissimum dilige.

2. Jun. 1717
Mauricius.

pullius

ALBIE



687

4102

292

Abell
I
**ALBII TIBULLI EQVITIS
ROMANI VERSVS SE-
LECTI.**

**VITA PRIVATA ET MO-
DICE FACULTATES MAGIS
optandæ sunt, quàm magistratus & opes,
sollicitudine semper comitante.**

quidlibet dicitur
Divitiis alius fulvo sibi congerat duro,
quidlibet dicitur
Et teneat culti iugera magna soli.

quidlibet dicitur
Quem labor assiduus vicino terreat hoste,

quidlibet dicitur
Martia cui somnos classica pulsa fugent

quidlibet dicitur
Me mea paupertas vitæ tradit inertis,

quidlibet dicitur
Dum meus assiduo luceat igne focus.

quidlibet dicitur
Exiguus nihil est detrahendum.

quidlibet dicitur
At vos exiguo pecori furesq; lupiq;

quidlibet dicitur
Parcite, de magno est præda petenda grege,

quidlibet dicitur
Tempore omnia peraguntur.

quidlibet dicitur
Longa dies homini docuit parère leones,

quidlibet dicitur
Longa dies molli saxa peredit aqua.

quidlibet dicitur
Annus in apricis maturat collibus uvas,

quidlibet dicitur
Annus agit certa lucida signa vice.

**Tempus juventutis non est in-
utiliter terendum.**

At si tardus eris, errabis, transiet ætas

Quàm cito, non segnis stat remeatq; dies.

A B Quam

2770875

W W W W W W W

Handwritten marginal note

EX TIBVL. LIB. I,

uno balt mar lu se do / bonny purpura dard de ravo
Quam cito purpureos depedit terra colores,

Quam citò formosas populus alta comas,

Quam jacet, infirmæ venere ubi fata senectæ,

Qui prior elæo est carcere missus equus.

Vidi jam juvenem premeret cum serior ætas,

Mœrentem stultos præteruisse dies.

Handwritten marginal note

Beneficio carminum homo fit
immortalis.

Handwritten marginal notes
Sub hæc dat hominibus nisi est purpurea coma: carmina ni sint

Carminibus purpurea est Nisi coma: carmina ni sint

Ex humero Pelopis non nituisset ebur

Quem referunt Musæ, vivit dum roboratellus,

Dum celum stellas, dum debet annis aquas.

Laudes vini decantantur.

Ille liquor docuit vocis inflectere cantu,

Movit & ad certos nes, ia membra modos.

Bacchus & agricola magno confectalabore

Pectora tristitiæ dissoluenda dedit.

Bacchus & afflictis requiem mortalibus affert,

Crura licet dura compede pulsa sonent.

Utendum est florida ætate.

At tu dum primi floret tibi temporis ætas,

Utere: non tardo labitur illa pede.

Perjurium pœna manet.

Ab miser & si quis primo perjuriam celat,

Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

Lucri cupiditas multis laboribus, & pe-
riculis exposita,

Lu. 13

EX TIBUL. LIB. I.

3

Lucra petens habili tauros adjungit aratro,
Et durum terre rusticus urget opus.
Lucra petituras freta per parentia ventis
Ducunt instabiles sidera certa rates.

Pudicitia non est auro vendenda.

Admonui quoties, auro ne pollue formam:
Sæpe solent auro multa subesse mala.

Ex divitiis & auro bella sunt
exorta.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enses?

Quam ferus, & vere ferreus ille fuit.

Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata.

Tunc brevior dixæ mortis aperta via est.

At nihil ille miser meruit: nos ad mala nostra

Vertimus, an sævis quod dedit ille feras.

Dixitis hoc vitium est auri: nec bella fuerunt

Faginus astabat cum scyphus ante dapès.

Non arces, non vallus erat, somnumq; petebat

Securus varios dux gregis inter oves.

Furor bellorum pessimus est, meliusq;

est domi pauperem vivere, quàm bel-

lando cruentas opes qua-

ritare.

Quis furor est, atram bellis accersere mortem

Imminet, & tacito clam venit illa pede.

A 3

NON

EX TIBUL. LIB. I.

Indicant ista videri assam iusq; diuinitatem
Non seges infra, non vinea culta, sed audax
Cerberus, et stygie navita puppis aquae
Illic percussisq; genis, ustosq; capillo
Errat ad obscuros pallida turba lacus.
Quam potius laudatus hic est, quem prole parat
Occupat in parva pigra senecta casa.
Ipse suas sectatur oves, at filius agnos
Et calidam fesso comparat uxor aquam.
Pacis praeconia.

Interea pax arva colat, pax candida primis
Duxit araturos sub iuga curua boves.
Pax aluit vites, et succos condidit uva,
Funderet ut nato testa paterna merum.
Pace bibens, vomerq; vigent, at tristia duri
Militis in tenebris occupat arma situs.
Rusticus e lucoq; vehit male sobrius ipso
Uxorem plauastro progenicmq; domum.

Festis diebus rei divinæ vacan-
dum est.

Luce sacra requiescat humus, requiescat arator
Et grave suspensio vomere cesset opus.
Solvite vincla jugis, nunc ad praesepia debent
Plena coronato stare boves capite.
Omnia sunt operata Deo, non audeat ulla
Lanificam pensis imposuisse manum.

Casti.

EX TIBVL. LIB. I.

Castitas mundiciesq; Superis ac-
cepta est.

Casti placent superis, pura cum veste venite,
Et manibus puris sumite fontis aquam.

Mala prædæ.

Ferrea non Venerem, sed prædam secula laudant,
Præda tamen multis est operata malis.
Præda feras acies cinxit discordibus armis,
Hinc cruor, hinc cædes, mors propiorq; venit.
Præda vago iussit geminare pericula ponto,
Bellica cum dubiis rostra dedit ratibus.

Spei commoda.

Jam mala finissem letho, sed credula vitæ
Spes fovet & melius cras fore semper ait.
Spes alit agricolas, spes sulcis credit aratris
Semina, quæ magno fœnore reddat ager.
Hæc laqueo volucres, hæc captat arundine pisces,
Cum tenues hamos abdidit ante cibis.
Spes etiam valida solatur compede vinctum,
Crura sonant ferro, sed canit inter opus.

Opes non levant nos curis

Non opibus mentis minimum curæq; levantur
Nam fortuna temporale lege gerit.

Nocturna somnia sæpè vanos timo-
res iniiciunt.

Somnia

EX TIBUL. LIB. I.

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,

Et pavidas mentes falsa timere jubent.

Fœminæ sunt inconstantes.

Ab crudele genus, nec fidum fœminæ nomen,

Ab pereat, didicit fallere si qua virum.

Blandis verbis homines exorantur.

Ergo ne dubita blandas adhibere querelas,

Vincuntur molli pectora dura prece,

Fructus ante maturitatem non sunt
carpendi.

Qui fraudare iuvat vitem crescentibus uvis

Et modo nata mala vellere poma manu.

Mente contristata simulare gaudium
difficile est.

Hei mihi difficile est imitari gaudia falsa,

Difficile est tristi fingere mente jocum,

Nec bene mendaci risus componitur ore,

Nec bene sollicitis ebria verba sonant.

Feliciter sapit is, qui periculo alie-
no sapit.

Vos ego nunc moneo, felix, quicumque dolore

Alterius discas posse carere tuo.

SEX. Aurelii Propertii versus selecti.

De suis quisque verba facit.

Navita de ventis, de tauris narrat arator,

Enumerat miles vulnera, pastor oves.

AMOR

EX PROPER. LIB. II. 7

Amor non est sanabilis.
Simon goren

Omnes humanos sanat medicina dolores,
Solus amor morbi non amat artificem.

Furor fit læsa sæpius patientia.

*N*on solum taurus ferit uncis cornibus hostem,
Verum etiam instanti læsa repugnat ovis.

Impia com
Omnia mutantur.

Omnia vertuntur, certè vertuntur amores:
Vincitis aut vincis, hæc in amore rota est.

Magni sæpe duces, magni cecidere tyranni:
Et Thebæ steterant, altaq; Troja fuit.

Fœminæ sunt fallaces, variæ &
mutabiles.

Sed vobis facile est verba, & componere fraudes.

Hoc vnum didicit fœmina semper opus.

Non sic incerto mutantur flamine Syrtes,
Nec folia hyberno tam tremefacta Noto.

Quàm citò fœminea non constat fœdus in ira,
Sive ea causa gravis, sive ea causa levis.

Voluntas sæpè laudanda est, ubi
vires defunt.

Quòd si deficient vires, audacia certè
Laus erit in magnis, & voluisse sat est.

Nihil infelicius homine turpi amo-
re capto.

Durius in terris nihil est quod vivat amante,

A S

Ned

EX PROPER. LIB. II.

Nec modó si sapias, quod minus esse velis.

Figura colorq; naturalis nemini
vicio datur.

Ut natura dedit sic omnis recta figura,

Turpis Romano Belgicus ore color.

Securius est duo habere, quàm
unum.

Nam melius duo defendunt retinacula navem,

Tutius & geminos anxia mater alit.

Senio & vetustate confecta
quiescunt.

Miles depositis annosus secubat armis,

Grandæviq; negant ducere aratra boves,

Putris & in vacua requiescit navis arena,

Et vetus in templo bellica parma vacat,

Nihil homini est diuturnum.

Nec forma eternū, haud cuiq; est fortuna perennis

Longius, aut propius mors sua quemq; manet.

Mala vini.

Vino fama perit, vino corrumpitur etas,

Vino sepè suum nescit amica virum.

Post obitum major laus bonis &

doctis provenit.

OMnia post obitum fingit majora vetustas,

Majus ab exequis nomen in ora venit.

Decus

[Handwritten marginal notes in Latin script, including phrases like 'Nihil homini est diuturnum', 'Mala vini', and 'Vino fama perit']

EX PROPER. LIB. III.

Decus ingenio comparatum mortem e-
vadit, ædificia autem vel maximè
sumptuosa vetustate de-
struuntur.

Nam neq; Pyramidum sumtus ad sydera ducti,

Nec Iovis Elæi cælum imitata domus.

Nec Mausolæi dives fortuna sepulchri

Mortis ab extrema conditione vacat.

Aut illis flammæ, aut imber subducet honores,

Annorum aut ictu pondera victa ruent.

At non ingenio questum nomen ab ævo

Excidet: ingenio stat sine morte decus.

Cujuscunq; conditionis homines mors
rapit ad inferos.

Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas,

Nudus ad infernas stulte vebere rates.

Victor cum victis pariter miscbitur umbris,

Consule cum Mario capte Jugurtha sedes,

Lydus Dulichio non distat Cræsus ab Iro,

Optima mors parca quæ venit apta die.

Servorum est minùs mentiri.

Omnis enim debet sine vano nuncius esse,

Majoremq; timens servus habere fidem.

Mala avaritiæ.

Ergo sollicitæ tu causa pecunia vitæ es,

Per te immaturum mortis adimus iter.

EX PROPER. LIB. III.

Tu vitis hominum crudelia pabula præbes,
Semina curarum de capite orta tuo.

In nautas & mercatores, periculis maris
se ob avaritiam exponentes.

Ite rates curvæ & lethi quoq; texite causas,
Ista per humanas mors venit acta manus.
Terra parum fuerat: terris adjecimus undas.
Fortune miseris auximus arte vias

Anchora te teneat, quem non tenuere penates?
Quid meritum dicas, cui sua terra parum est?
Ventorum est quodcunq; paras, haud ulla carina
Consenuit fallit portus, & ipse fidem.

Natura insidians pontum substraxit avaris,
Ut tibi succedat, vix semel esse potest.

Onus cui impar sis, ne subiveris.

Turpe est quod nequeas capiti committere pondus
Et pressum inflexo mox dare terga genu.
Omnia non pariter rerum sunt omnibus apta,
Fama nec ex æquo ducitur ulla iugo.

Varias hominibus dotes natura
distribuit.

Sunt quibus Elææ concurrat palma quadrigæ,
Sunt quibus in celeres gloria nata pedes.
Hic satius ad pacem, hic castrensibus utilis armis,
Naturæ sequitur semina quæ sua,

Expe

Experientia est providentia
magistra.

Venturam melius praesagit navita mortem,
Vulneribus didicit miles habere metum.

Aurum nunc in terris dominatur.
Aurea nunc verè sunt secula, plurimus auro
Venit honos, auro conciliatur amor.

Auro pulsa fides, auro venalia jura,
Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.

Mors est inevitabilis.

Sed tamen huc omnes huc primus & ultimus ordo
Est malus, sed cunctis ista terenda via est.

Exoranda canis tria sunt latrantia colla,
Scandenda est torvi publica cymba senis
Ille licet ferro cautus se condat & ere.

Mors tamen inclusum protrahit inde caput.
Nireia non facies non vis exemit Achillem,
Cresum aut Pactoli quas parit humor opes.

Iusta causa virtutum militis promovet,
injusta deprimit.

FRangit & attollit vires in milite causa,
Quae nisi iusta subest, excutit arma pudor.
Ab inferis non licet quenquam
revocare.

Panditur ad nullas janua nigra preces.
Cum semel infernas intrarunt funera leges,
Non exorato stant adamante vie.

Publii

174

P. Ovidii Nasonis versus selecti.

In deceptores puellarum.

F Allere credentem non est operosa puellam
Gloria: simplicitas digna favore fuit.

Facta à causis, non ab eventu sunt vel
probanda, vel improbanda.

Exitus acta probat: careat successibus opto,
Quisquis ab eventu facta notanda putat.

Intacta delibare jucundum est.

Est aliquid, plenis pomaria carpereramis,
Et tenui primam deligere ungue rosam.

In levitatem nimii cultus.

Sint procul à nobis juvenes ut foemina compti,
Fine coli modico forma virilis amat.

Interdum requiescendum est

Quod caret alterna requie, durabile non est:
Hæc reparat vires, fessaq; membra levat.

Quæ meritò pateris, facile fe-
renda sunt.

Leniter, ex merito quicquid patiare ferendum est:
Que venit indigne pœna, dolenda venit.

Cygnus vicina morte solito dul-
cius canit.

Nic, ubi fata vocant, udis abjectis in herbis,
Ad vada Meandri concinit albus olor,

Consa-

Handwritten notes in Latin script, including phrases like 'Cygnus vicina morte solito dulcius canit', 'Nec, ubi fata vocant, udis abjectis in herbis', and 'Ad vada Meandri concinit albus olor'. There are also some illegible scribbles and a small 'Consa-' at the end.

EX HEROI. EPI. OVI. x partitio

Conjugium inæqualium malum est. B

Quàm malè inæquales veniunt ad aratra iuventi.

Tam premitur magno conjugē nupta minor.

Non honor est, sed ~~onus~~ species læsura ferentes s.

Si qua voles aptè nubere, nube pari.

Exprobratio in memoris bene-

ficii iuvat.

Est aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas.

Hac fruor, hæc de te gaudia sola feram.

Aliena ne cupias.

Disce meo exemplo formosis posse carere.

x Est virtus placitis abstinuisse bonis.

Serò venis ad id, quod alter oc-
cupavit.

Ad possessa venis præreptaq; gaudia serus,
Spes tua lenta fuit: quod petis alter habet.

Principio obscœni amoris fortiter
resistendum est.

Dum novus est cœpto potiùs pugnemus amori,
Flamma recens parva sparsa recedit aqua.

In hospitibus & exteris non est amoris
constantia.

Certus in hospitibus non est amor, errat, ut ipsi:
Cumq; nihil speres firmitus esse, fugit.

Periculosum est se aquis credere.

Arta

Impagge et Conspira aliquamquam

14

EX HEROI. EPI. OVI.

Arte laborata merguntur in equore puppes,
Tu tua plus remis brachia posse putas &

Adulterium non est commit-
tendum,

Elige de vacuis quam non sibi vendicet alter,
Si nescis, dominum res habet ista suum.

Deus non mactata pecude, sed justis
operibus placatur.

Non bove mactato caelestia numina gaudent,
Sed quæ præstanda est, & sine teste, fide.

Quod formæ deest, ingenio
compenta.

Si mihi difficilis formam natura negavit,
Ingenio formæ damna rependo meæ.

EX AMOR. OVIDII LIB. I.

Leve fit, quod bene fertur onus.

Vidi ego iactatas mota face crescere flammæ,
Et vidi nullo concutiente mori

Verbera plura ferunt, quæ quos iuvat usus aratri
Detrectant pressi dum iuga prima boves.

Affer equus turis contunditur ora lupatis,
Frena minus sentit quisquis ad arma facit.

In bello portæ clauduntur, pacis verò
tempore aperiendæ sunt.

Urbibus obsessis clausæ munimenta portæ
Proiungunt: in media pace quid arma times?

Nox

EX AMOR. OVIDII LIB. I.

Nox, amor & vinum turpia
suadent.

Nox, & amor, vinumq; nihil moderabile suadent,
Ille pudore vacat, Liber Amorq; metu.

Tempus celerrimè aufugit.

Labitur occultè, fallitq; volatilis ætas,
Et celer admissis labitur annus equis.

Ufus rei prodest, negligentia
obest

Aera nitent usu, vestis bona querit haberi,
Canescunt turpi tecta relicta situ.

Emultis facilius est rapina.

Certior è multis, nec tam invidiosa rapina est,
Præda venit canis de grege plena lupis.

Ita non sit diuturna.

Sed nunquam dederis spaciosum tempus in iram,
Sæpe simultates ira morata facit.

Luxuria cum omni ætati turpis, tum
senectuti turpissima est.

Quæ bello est habilis, Veneri quoq; convenit ætas
Turpe senex miles, turpe senilis amor.

Soporatos & inermes facile est
opprimere.

Sæpe soporatos invadere profuit hostes,

B

Lædere

EX ELEGI. SIVE

Ledere & armata vulgus inerme manis

De turpi quaestu.

Non bene conducti vendunt perjuriam testes,

Non bene selecta iudicis arca patet.

Turpe reos emptam miseros defendere lingua:

Quod faciat magnas turpe tribunal opes.

Turpe thori redditu census augere paternos,

Et faciem lucro prostituisset suam.

Ubi copia rerum est inde exci-
pantur.

Carpite de plenis pendentes vitibus uvas,

Prebeat Alcinoi poma benignus ager.

Fama carminibus acquisita est
immortalis.

Scindentur vestes, gemmae frangentur & aurum:

Carmina quam tribuent, fama perennis erit

De poetarum immortalitate, & laude
carminum.

Vivet Mæonides, Tenedos dum stabit & Ida,

Dum rapidas Simois in mare volvet aquas,

Vivet & Ascræus, dum mustis uva tumebit,

Dum cadet incurva falce resecta Ceres.

Battiades toto semper cantabitur orbe,

Quamvis ingenio non valet, arte valet.

Nulla Sophocleo veniet iactura cothurno,

Cum sole & luna semper Aratus erit.

Dum

Dum fallax servus, durus pater, improba lena
Vixerit, & meretrix blanda, Menandros erit
Ennius arte carens, animosiq; Accius oris

Varronem, primamq; ratem quae nesciat etas
Aureaq; Ausonio terga petita duci
Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti,
Exitio terras cum dabit una dies.

Tityrus & segetes, Aeneiaq; arma legentur,
Roma triumphati dum caput orbis erit.
Donec erunt ignes, arcusq; Cupidinis arma,
Dicentur numeri culte Tibulle tui.

Gallus & Hesperis, & Gallus notus Eois,
Et sua cum Gallo nota Lycoris erit.
Ergo cum silices, cum dens patientis aratri
Depereant aeo, carmina morte carent.

Cedant carminibus reges, regumq; triumphis,
Cedat & auriferi ripa beata Tagi.
Vilia miretur vulgus, mihi flavus Apollo
Pocula Castalia plena ministret aqua.

Post mortem cessat invidia.

Pascitur in vivis livor, post fata quiescit:
Tunc suus ex merito quemq; tueretur honor.

Contra proditores secre-
torum.

B 2 Aspicias

Handwritten marginal notes in Latin script, including phrases like 'dicitur', 'a cornelio poeta', 'adama', 'secuta', 'fuisse', 'pro', 'salus', 'puro', 'in alio', 'ipsi', 'impetens', 'vite', 'les', 'impulsi', 'manu'.

18
AMOR. OVI. LIB. II.

Aspicis inaicibus nexas per colla cathenas,
Squalidus orba fide pectora carcer habetis
Querit aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit.

In delatores.

Culpa nec ex facili, quamvis manifesta probatur
Judicis illa sicut a favore venit.

Bona citius quam mala ab-
sumuntur.

Optima prima ferè manibus rapiuntur avaris,
Implentur numeris deteriora suis.

De cupiditate venatoris.

Venator sequitur fugientia, capta relinquit,
Semper & inventis ulteriora petit.

Somnolentia est vitanda.

Infelix tota quicumq; quiescere nocte,
Sustinet, & somnos premia magna vocat.
Stulte quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago
Longa quiescendi tempora fata dabunt.

Nihil addendum est, cui satis est.

Quid folia arboribus, quid pleno sidera caelo
Infreta collectas alta quid addis aquas?

De periculis nautarum.

Serò respicitur tellus, ubi fune soluto
Currit in immensum panda carina salum.
Navitas sollicitus, jam ventos horret iniquos,
Et propè tam lethum, quam propè cernit aquam.

Fœtus

AMOR. OVI. LIB. II.

Fœtus ante maturitatem non sunt
tollendi.

Quid plenam fraudas vitem crescentibus uvis?
Pomaq; crudeli vellis acerba manu?
Sponte fluent matura sua, sine crescere nata,
Est pretium tardæ non leve vita moræ.

In puellis non est fides.

Verba puellarum foliis leuiora caducis,
Irritaq; ut visum est, ventus & aura ferunt.

Contra nimiam severitatem in custo-
dienda uxore.

Cui peccare licet, peccat minus: ipsa potest as,
Semina nequitie languidiora facit.

Vetita magis appetimus.

Vidi ego nuper equum contra sua frena tenacem,
Ore reluctanti fulminis ire modo.

Constitit, ut primum concessas sensit habenas,
Frenaq; in effusa laxa jacere iuba.

Nitimur in vetitum semper, cupimusq; negata:
Sic interdictis imminet æger aquis.

Quæ servantur, ea magis appe-
tuntur.

Quicquid servatur, cupimus magis, ipsaq; furens
Præda vocat: pauci, quod finit alter amant.

De incantamentis

B 3

Carmine

20
EX ELEGI. SIVE

Carminē laesa Ceres sterilem vanescit in herbant,
Deficiunt lesi carmine fontis aquæ,
Ilicibus glandes, cantataq; vitibus uva
Decidit, & nullo poma movente fluunt.

Ne surdos cantus, nec cæcos pictu-
ra delectat.

Quid iuvat ad surdas si cantet Phœmius aures?
Quid miserum Thamyram picta tabella iuvat?

Olim scientia fuit curæ.

Ingenium quondam fuerat preciosius auro,
At nunc barbaries grandis habere nihil.

Pecunia est hominum regina.

Eruimus terra solidum pro frugibus aurum,
Possidet inventas sanguine miles opes.
Curia pauperibus clausa est dat census honores,
Inde gravis iudex, inde severus eques.

Poëtæ sacri & divini vocantur, mors
tamen eis minimè parcit.

At sacri vates & divûm cura vocamur,
Sunt etiam qui nos numen habere putent.
Scilicet omne sacrum mors importuna profanat,
Omnibus obscuras injicit illa manus.

Cohortatio ad patientiam.

Perfer & obdura, dolor hic tibi proderit olim,
Sapè tulit lassis succus amarus opem.

Mula

Multa mentiuntur poetae.

Exit immensum foecunda licentia Vatum,
Obligat historica nec sua verba fide.

In eos, qui se peccasse gloriosè
prædicant,

Quis furor est quæ nocte latent in luce fateri
Et quæ clàm facias facta referre palam?
Ignoto meretrix corpus junctura Quiriti,
Opposita populum submovet antè sera.

EX I. DE ARTE.

Præceptori discipulus obediat.

Phyllirides puerum chytaræ præfecit Achillem,
Atq; animos molli contudit arte feros.

Qui toties socios, toties exterruit hostes,
Creditur annosum pertinuisse senem.

Quas Hector sensurus erat, poscente magistro,
Verberibus jussas præbuit ille manus.

Loci opportunitas est obser-
vanda.

Scit bene venator cervis ubi retia tendat,
Scit bene qua frendens valle moretur aper.

Aucupibus noti frutices: qui sustinet hamos,
Novit quæ multo pisce natentur aquæ.

Laudes vini.
Vina parant animos faciuntq; coloribus apios.

Cura fugit multo diluiturq; mero.

In nomine domini Amen
Sicula abbas coll. de gelau

DE ARTE

Caritas *non* *venit* *risus* *tunc* *pauper* *cornua* *sumit*
Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit.

dolor *tura* *ruga* *frontis* *abit*
Tunc dolor et tura, ruga; frontis abit.

aperit *mentes* *avo* *rarisima* *nostro*
Tunc aperit mentes avo rarissima nostro

Simplicitas *artes* *excitente* *Deo*
Simplicitas, artes excitente Deo.

Nocte *fallit* *judicium*
Nocte fallit judicium.

Nocte *latent* *mende* *vitioq;* *ignoscitur* *omni*
Nocte latent mende, vitioq; ignoscitur omni

Horag; *formosam* *quamlibet* *illa* *facit*
Horag; formosam quamlibet illa facit.

Consule *de* *gemmis* *de* *tincta* *murice* *lana*
Consule de gemmis, de tincta murice lana,

Consule *de* *facie* *corporibusq;* *diem*
Consule de facie, corporibusq; diem,

Nemo *sua* *sorte* *contena*
Nemo sua sorte contena

tus *est*
tus est.

Fertilior *seges* *est* *alienis* *semper* *in* *agris*
Fertilior seges est alienis semper in agris,

Vicinumq; *pecus* *grandius* *uber* *habet*
Vicinumq; pecus grandius uber habet.

Priucipium *damni* *vitandum*
Priucipium damni vitandum.

Non *avis* *utiliter* *viscatis* *effugit* *alis*
Non avis utiliter viscatis effugit alis.

Non *bene* *de* *laxis* *castris* *exit* *aper*
Non bene de laxis castris exit aper.

Saucius *arrepto* *piscis* *retinetur* *ab* *hamo*
Saucius arrepto piscis retinetur ab hamo.

Tempus *est* *obtervandum*
Tempus est obtervandum.

Nec *semper* *credenda* *Ceres* *fallacibus* *arvis*
Nec semper credenda Ceres fallacibus arvis.

Nec *semper* *viridi* *concava* *puppis* *aqua*
Nec semper viridi concava puppis aqua.

Precibus *homines* *&* *dii* *exo-*
rantur
Precibus homines & dii exo-
rantur.

Hectora *donavit* *Priamo* *prece* *motus* *Achilles*
Hectora donavit Priamo prece motus Achilles.

Flectitur *iratus* *voce* *rogante* *Deus*
Flectitur iratus voce rogante Deus.

In *detestationem* *alex*
In detestationem alex.

Sic

AMAN. OVI. LIB. I.

Sic, ne perdidit, non cessat perdere lusor,
Et revocat cupidas alea sepe manus.

Non solum juri, sed bonarum artium
studiis vacandum est.

Disce bonas artes (moneo) Romana juvenus,
Non tantum trepidos ut tueare reos.

Tempore omnia fiunt leviora.

Tempore difficiles veniunt ad aratra juvenci,

Tempore lenta pati frena docentur equi.

Ferreus assiduo consumitur annulus usu,

Interit assidua vomer aduncus humo.

Quid magis est durum saxo? quid mollius unda?

Dura tamen molli saxa cavantur aqua.

Mundiciem corporis, mediocremque
cultum amato.

Munditiæ placeant, suscentur corpora campo,

Sit bene conveniens, et sine labe toga.

Linguaque nec rigeat, careant rubigine dentes,

Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.

Nec male deformet rigidos tonsura capillos,

Sit coma, sit docta barba resecta manu.

Et nihil emineant, et sint sine sordibus ungues,

Inque cava nullus stet tibi nare pilus.

Nec male odorati sit tristis anhelitus oris,

Nec laedat nares virque paterque gregis.

B S

Quod

Quod multi faciunt, non continuo
bonum est.

Tuta frequensq; via est, per amici fallere nomen
Tuta frequensq; licet sit via, crimen habet.

In ebrietatem.

Certa tibi à nobis dabitur mensura bibendi,

Officium præstent mensq; pedesq; suum.

Jurgia præcipue vino stimulata caveto.

Et nimium faciles ad fera bella manus.

Occidit Eurytion stultè data vina bibendo,

Aptior est dulci mensa, merumq; joco.

Ne sis difficilis, & duræ cervicis.

Si vox est, canta: si mollia brachia salta:

Et quicumq; potes dote placere, place.

Laude & obsequio vincuntur

homines.

Laudatas ostendit avis Junonia pennas,

Si tacitus spectes, illa recondit opes.

Quadrupedes inter rapidi certamina cursus:

Depexæq; jubaæ plausaq; colla juvant.

Deus colendus est, & à peccatis

abstinendum.

Expedi esse deos: & ut expedit, esse putemus,

Dentur in antiquos thura merumq; focos.

Nec securæ quies illos, simulq; sopori

Detinet: innocui vivite, numen adest.

Redditi

Reddite depositum, pietas sua foedera servet,
Fraus absit, vacuas cædis habete manus.

Multis candidus color vitio
datur.

Candidus in nauta turpis color, æquoris unda
A radiis dabet syderis esse niger.

Turpis et agricolæ, qui vomere semper adunco
Et gravibus rastris sub Iove versat humum.

Et tu, Palladiæ petitur cui fama coronæ,
Candida si fuerint corpora, turpis eris.

Contra vigilias & amorem.

Attenuant juvenum vigilatæ corpora noctes,
Curaq; et immenso qui fit amore dolor.

Solis turpibus homines dele-
ctantur.

Nil nisi turpe juvat, curæ est sua cuiq; voluptas
Hæc quoq; ab alterius grata dolore venit.

Diversæ terræ diversa pro-
ducunt.

Nec tellus eadem parit omnia, vitibus illa
Convenit, hæc oleis, hîc bene farræ virent.

Quot capita, tot sensus.

Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figura
Qui sapit innumeris moribus aptus erit.

Parta sunt conservanda.

Nec

Nec minor est virtus, quæ querere parva tueri
Casus inest illic, hic erit artis opus.

Adversa sæpè excitant inge-
nium.

Ingenium mala sæpè movent, quis crederet unquã
Aërias hominem carpere posse vias?

Nemo confidat in sua puchri-
tudine.

Ingenii dotes corporis adde bonis.

Forma bonum fragile est, quantumquæ accedit ad
annos,

Fit minor, et spacio carpitur illa suo.

Nec semper viola, semper lilia florent,

Et riget amissa spina relicta rosa.

Et tibi jam venient cani, formose, capilli,

Jam venient rugæ quæ tibi corpus arent.

Jam molire animum qui duret, et astrue formam,

Solus ad extremos permanet ille rogos,

Nec levis ingenuas pectus coluisse per artes

Cura sit, et linguas edidicisse duas.

In eandem sententiam.

Ergo age fallaci timidè confide figuræ,

Quisquis es, atque aliquid corpore pluris habes

Esto facilis ac mansuetus,

Dextera præcipuè capit indulgentia mentes,

Asperitas odium sævaquæ bella movet.

Odimus

AMAN. OVI. LIB. II.

Odimus accipitrem, quia vivit semper in armis:
Et pavidum solitos in pecus ire lupos.
At caret insidiis hominum, quia mitis hirundo est,
Quasq; colat turres Chaonis ales habet.

Contra iracundiam & rixas.

Este procul lites, & amarae praelii linguae,
Dulcibus est verbis mollis alendus amor.

Obsequium amicos parit.

Flectitur obsequio curvatus ab arbore ramus,
Franges, si vires experiere tuas.

Obsequio tranantur aquae, nec vincere possis
Flumina, si contra quam rapit unda, nates.

Obsequium tigresq; donat, tumidosq; leones,
Rustica paulatim taurus aratra subit.

Carmina laudantur, sed pecunia
diligitur.

Carmina laudantur, sed munera magna petuntur,
Dummodo sit dives barbarus, ipse placet.

Aurea sunt verè nunc secula, plurimus auro
Venit honos, auro conciliatur amor.

Ipse licet venias Musis comitatus Homere,
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Autumnus est morbosus.

Sapè sub autumno, cum formosissimus annus,
Plenaq; purpureo subrubet uva mero.

Cum modo frigoribus premimur, modò solvimur
aestu,

Acro

Aëre non certo corpora languor habet.

Ex parvis fiunt magna.

Quem taurum metuis, vitulum mulcere solebas:
Sub qua nunc recubas arbore, virga fuit,
Nascitur exiguus, sed opes acquirit eundo,
Quaę venit multas accipit annis aquas.

Prosperis rebus animi luxuriant

Et ubi hominis
Luxuriant animi rebus plerunq; secundis,
ab uniusq; bono
Nec facile est equa commoda mente pati
in bono
Amantium irę amoris redinte-

Et in libris
Quę modo pugnarut, jungut sugrostra columbas
et in libris
Quarum blanditiis verbaq; murmur habet.

Et in libris
Exhilara sodales,
Et in libris
Qui sermone placet, taciturna silentia vitet;
Et in libris
Qui canit, arte canat: qui bibit, arte bibat;

Non semper arridet fortuna.

Credita non semper sulci cum fœnore reddunt.

Nec semper dubias adjuvat aura rates.

Silentium laudi, multiloquium
vitio datur.

Eximia est virtus prestare silentia rebus:

At contra gravis est culpa, tacenda loqui.

Quam bene, quod frustra captatis arbore pomis

Tantalus in media garrulus aret aqua.

Tempo

AMOR. OVI. LIB. II.

Tempore res fragiles confir-
mantur.

Dum novus inviridi coalescit cortice ramus,
Concutiat tenerum quaelibet aura, cadet.
Mox etiam ventis spacio durata resistit,
Firmaq; adoptivas arbor habebit opes.

Tempore vitia fiunt tolerabilia.
Eximit ipsa dies omneis de corpore mendas,
Quodq; fuit vitium, desinit esse mora,
Ferre novae nates taurorum terga recusant,
Assidue domitos tempore fallit odor.

In juvena laborandum est.

Dum vires anniq; sinunt, tolerate labores:
Jam veniet tacito curva senecta pede.
At mare navigiis, aut vomere scindite terram,
Aut fera belligeras addite in arma manus.

In eandem sententiam.

Venturae memores jam nunc estote senectae,
Sic vobis nullum tempus abibit iners.
Dum licet, et veros etiam nunc editis annos,
Ludite: erunt anni more fluentis aquae.
Nec quae praeteriit cursu revocabitur unda,
Nec quae praeteriit hora redire potest.
Utendum est aetate, cito pede labitur aetas,
Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit.

De fugacitate formae.

Quam

Miserere
aut per
Sunt qui
Sunt qui
Sunt qui
Sunt qui
Sunt qui
Sunt qui
Sunt qui
Sunt qui
Sunt qui

NOTA BENE.

30 DE ARTE
Quàm citò (me miserum) laxantur corpora rugis,
Et perit in nitido qui fuit ore color.

Quod sine tuo damno possis, alteri
communices.

Quis vetat appposito lumen de lumine sumi?
Quisve cavum vastas in mare servat aquas?
Multa cum fiunt, turpia: ubi facta
sunt, placent.

Quae nunc nomen habent operosi signa Myronis,
Pondus iners quondam, duraq; massa fuit.
Annulus ut fiat, primò colliditur aurum,
Quas geritis vestes, sordida lana fuit.

De turpibus.

Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus
Et sine fronde frutex, & sine crine caput.

Non semper nauta laborat.

Cum mare compositum est, securus navita transit
Cum tumet, auxiliis asidet ille suis.

De malis ludi aleatorii.

Tunc sumus incauti, studioq; aperimur in ipso,
Nudaq; per lusus pectora nostra patent,
Ira subit aeforme malum, lucriq; cupido,
Iurgiaq; & rixae, sollicitusq; dolor.
Crimina dicuntur, resonat clamoribus aether,
Invocat iratos & sibi quisq; deos.

igno.



AMAN. OVI. LIB. III.

31⁰²

Ignotum non amatur.

Quod latet, ignotum est, ignoti nulla cupido:

Fructus abest, facies cum bona teste caret.

Tu licet et Thamyram superes, atq; Orphea cantu

Non erit ignota gratia magna lyrae.

Famam appetunt Poetae.

Quid petitur sacris nisi tantum fama poetis?

Hoc votum nostri summa laboris habet.

Cura ducum fuerant olim, regumq; poetae,

Praemiaq; antiqui magna tulere chori.

Sancta q; majestas, & erat venerabile nomen

Vatibus, & largae saepe dabantur opes.

Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus,

Contiguus poni Scipio magne tibi.

Nunc hederæ sine honore jacent, operataq; doctis

Cura vigil Musis, nomen inertis habet.

Sed famam vigilare juvat: quis nosset Homerum,

Ilias æternum si latuisset opus?

De casu & fortuna.

Casus ubiq; valet, semper tibi pendeat hamus,

Quo minimè credis gurgite piscis erit.

Sæpe canes frustra nemorosis montibus errant,

Inq; plagas nullo cervus agente cadit.

Vim vi repellere licet.

Judice me, fraus est concessa repellere fraudem,

Armaq; in armatos sumere jura sinunt.

Contra sævitiam vultus, & iram.

C

Pertis

33
DE ARTE.

Pertinet ad faciem rapidos compescere mores,
Candida pax homines, trux decet ira feras.
Oratument ira, nigrescunt sanguine venæ,
Lumina Gorgoneo sævius angue micant.

Poetica ars facit ad bonos mores.

Adde quod insidiæ sacris à vatibus absunt,
Et facit ad mores ars quoq; nostra bonos.
Nec nos ambitio, nec nos amor urget habendi:
Contempto colitur lectus, & umbra foro.

In eandem sententiam.

Scilicet ingenium placida mollitur ab arte.
Et studio mores convenienter eunt.

Poetæ sunt divino favore inflati.

Est Deus in nobis, sunt & commercia cœli;
Sedibus æthereis spiritus ille venit.

Æmulatio incitat.

Tunc bene fortis equus reserato carcere currit,
Cum quos prætereat, quosve sequatur, habet.

Munera sunt grata.

Munera (crede mihi) placant hominesq; Deosq;
Placatur donis Iuppiter ipse datis.

Quid faciet sapiens? stultus quoq; munere gaudet,
Ipse quoq; accepto munere mitis erit.

Non est salutis propriæ adversandum.

Non avis aucupibus monstrat, qua parte petatur,
Non docet infesto currere cerva canes.

De

De gestibus ad mensam servan-
dis,

Carpe cibos digitis, est quidam gestus edendi,
Ora nec immunda tota perunge manu.

Nève diu præsume dapes, sed desine citra
Quàm cupias paulò quàm potes esse minus.

Bona & mala nascuntur in eadem
terra.

Terra salutiferas herbas eademq; nocentes
Nutrit, & urticae proxima saeperosa est.

Animus vitiis purgandus est.

Utile propositum est se vas extinguere flammæ,
Nec servum vitij Pectus habere suum.

Venienti morbo occurrendum est.

Opprime, dum nova sunt subiti mala semina morbi,
Et tuus incipiens ire resistat equus.

Nam mora dat vires, teneras mora percoquit uvæ,
Et validas segetes, quod fuit herba, facit.

Quæ præbet latas arbor spatiantibus umbras,
Quo posita est primum tempore, virga fuit.

Tunc poterat manibus summa tellure revelli,
Nunc stat in immensum viribus aucta suis.

In eandem sententiam.

Quale sit id quod amas celeri circumspice mente,
Et tua læsuro subtrahere colla iugo.

EXREME. OVI. LIB. I.

Principiis obsta, sero medicina paratur,
Cum mala per longas invaluere moras.
Sed propera, nec te venturas differ in horas,
Qui non est hodie, cras minus aptus erit.

Ex parvo principio res magna
oritur.

Flumina magna vides parvis de fontibus orta,
Flurima collectis multiplicantur aquis.

Curatio morbi non est dif-
ferenda.

Vidi ego quod fuerat primo sanabile vulnus,
Dilatatum longa damna tulisse mora.

Furori cedendum est.

Aut nova si possis sedare incendia, tentes,
Aut ubi per vires procubueres suas.
Dum furor in cursu est, currenti cede furori,
Difficiles aditus impetus omnis habet.
Stultus ab obliquo qui cum discedere possit,
Pugnat in adversas ire natator aquas.
Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte,
Respuit, atq; odio verba monentis habet.

Tempore opportuno consolatio & me-
dicina est adhibenda.

Quis matrem, nisi mentis inops, in funere nati
Flere vetat & non hoc illa monenda loco est,

Cum

EX RE ME. OVID. LIB. I.

Cum dederit lachrymas, animumq; impleverit ægrū
Ille dolor verbis immoderandus erit.

Temporibus medicina valet, data tempore profunt,
Et data non apto tempore vina, nocent.

Ex otiiis vitia proveniunt, & in primis
foedus amor.

Otia si tollas, periere Cupidinis arcus:
Contemptæq; jacent, & sine luce faces.

Quàm platanus riva gaudet, quàm populus unda,
Et quàm limosa canna palustris humo:

Tam Venus otia amat, finem qui quæris amori,
Cedit amor rebus, res age, tutus eris.

In desidiam, aleam & temulen-
tiam.

Languor & immodici sub nullo iudice somni,
Aleaq; & multo tempora quassa mero,
Eripiunt omnes animo sine vulnere vires,
Affluit incautis insidiosus amor.

Desidiam Puer ille sequi solet, odit agentes,
Da vacuæ menti, quo teneatur, opus.

In desidiam.

Queritur AEGYPTUS quare sit factus adulter,
In promptu causa est, desidiosus erat.

De quatuor partibus anni.

Poma dat autumnus, formosa est messibus æstas,
Ver præbet flores, igne levatur hyems.

C 3

Si pro

EX RE ME. OVI. LIB. I.

Si pro salute corporis multa sufferimus,
quantò libentitè pro animæ salu-
te multa sufferre debe-
mus.

Sæpe bibi succos, quamvis invitus, amaros
Aeger & oranti mensa negata mihi est.
Ut corpus redimas, ferrum patieris & ignes,
Arida nec sitiens ora levabis aqua.
Ut valeas animo, quicquam tolerare negabis &
At pretium pars hæc corpore majus habet.

Mala sunt vicina bonis.

Et mala sunt vicina bonis, errore sub illo
Pro vitio virtus crimina sæpe tulit.

Summis viris maligni invident.

Ingenium magni livor detrectat Homeri,
Quis quis es, ex illo Zoile nomen habet.
Et tua sacrilega laniarunt carmina lingua,
Pertulit huc victos quo duce Troja Deos.
Summa petit livor, perstant altissima venti,
Summa petunt dextra fulmina missa Jovis.

Parva non sunt contemnenda.

Sed, quæ non prosunt singula multa juvant,
Parva necat morsu spatiosum vipera taurum,
A cane non magno sæpe tenetur aper.

Quod uni bonum, alteri malum
videtur.

EX TRIST. OVI. LIB. I.

39

Quo tua non possunt offendi pectora facta,
Forſitan hoc alio iudice crimen erit.

Diviſio rem attenuat,

Grandia per multos tenuantur flumina rivos,
Magnaq; ſubducto ſtipite flamma perit.

Amor diviſus eſt minor.

Parcius e multis mater deſiderat unum,
Quam quæ flens clamat, tu mihi ſolus eras.

Non omnium æquæ facilis eſt
ſanatio.

Corpora vix ferro quædam ſanantur acuto,
Auxilium multis ſuccus & herba fuit.

Cui plus timet mater, eum plus ſolet
amare.

Plus amat e natis mater plerunq; duobus,
Pro cuius reditu, quod gerit arma, timet.

Contagia ſunt vitanda.

Si quis amat, nec vis facias, contagia vites,
Hæc etiam pecori ſæpe nocere ſolent.

Dum ſpectant laſos oculi leduntur & ipſi,
Multaq; corporibus transitioue nocent.

In loca nonnunquam ſiccis arentia glebis
De prope currenti flumine manat aqua.

Objecta movent potentias.

Non facile eſuriens poſita retinebere menſa,
Et multam ſaliens incitat unda ſitim.

C 4

Non

EX REME. OVI. LIB. II.

Non facile est taurum visa retinere iuventa,
Fortis equus, visa semper adhinnit equa.

Quod repente attollitur, non est
diuturnum.

Flumine perpetuo torrens solet altiùs ire:
Sed tamen hæc brevis est, illa perennis aqua.

Fletus foeminarum fallax est.

Nève puellarum lachrymis moveare caveto:
Ut flerent oculos erudiere suos.

Choræ reddunt animum effœ-
minatam.

Enervant animos citharæ, cantusq; lyræq;
Et vox, et numneis brachia mota suis.

Eiusdem rei diversi sunt usus.

Nutritur vento, vento restinguitur ignis,
Lenis alit flammam, grandior aura necat.

Die festo sacræ preces dicendæ
sunt.

Prospera lux oritur, linguisq; animisq; favete,
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.

Lite vacent aures, insanaq; protinus absint
Iurgia: differ opus livida turba tuum.

In immensum excrevit avaritia.

Tempore crevit amor, qui nunc est summus habendi
Vix ultra quo jam Progrediatur, habet.

Pluris

EX FAST. OVI. LIB. II.

39

Pluris opes nunc sunt, quàm prisci temporis annis,
Dum populus pauper, dum nova Roma fuit.

In eandem sententiam.

Creverunt & opes, & opum furiosalibido,
Et cum possideant plurima, plura petunt.
Querere ut absument, absumpta requirere certant
Atq; ipsæ vitis sunt alimenta vices.
Sic quibus intumuit suffusa venter ab unda,
Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.
In pretio pretium nunc est, dat census honores,
Census amicitias pauper ubiq; jacet.

Sperat quisq; aut timet, pro conscientia
sua qualitate.

Conscia mens ut cuiq; sua est, ita concipit intra
Pectora pro facto, spemq; metumq; suo.

Vir excelsi animi non frangitur
exilio.

Omne solum forti patria est, ut piscibus æquor,
Ut volucris vacuo quicquid in orbe patet.

Pax frumenta largitur.

Sub jugo bos veniat, sub terras semen arat as,
Pax Cererem nutrit, pacis alumna Ceres.

EX LIB. III.

Nuptiæ nonnunquam sunt dif-
ferendæ.

C 5

Nubere

EX FAST. OVI. LIB. III.

Nubere si qua voles, quamvis properabitis
ambo,
Differ, habent parvæ commoda magna moræ.

EX LIB. IIII.

De verno tempore.

Vere nitent terræ, vere remissus ager,
Nunc herbæ rupta tellure cacumina tollunt,
Nunc tumido gemmas cortice palmes agit.

Bona conscientia nullius oculos fugit.

Conscia mens recti famæ mendacia ridet,
Sed nos in vitium credula turba sumus.

Nocte larent colores.

Jam color unus inest rebus, tenebrisq; teguntur
Omnia, jam vigiles conticuere canes.

Deus avertat bella.

Sarcula nunc, durusq; bidens, et vomere aduncus
Ruris opes niteant, inquinet arma situs.
Conatusq; aliquis vagina ducere ferrum,
Astrictum longa sentiat esse mora.

EX LIB. V.

Senibus honor deferendus est.

Magna fuit capitis quondam reverentia canis,
Inq; suo pretio ruga senilis erat.

Martis opus juvenes animosaq; bella gerebant,
Et pro Diis aderant in statione suis.

Viribus

EX FAST. OVI. LIB. VI.

414

Viribus illa minor, nec habendis utilis armis,
 Consilio patriæ sæpe ferebat opem.
Nec nisi post annos patuit tunc curia seros,
 Nomen & ætatis mite senatus habet.
Iura dabat populo senior, finitaq; certis
 Legibus est ætas, unde petatur honos.
Et medius juvenum non indignantibus ipsis
 Ibat, & anterior, si comes unus erat.
Verba quis auderet coram sene digna rubore
 Dicere? censuram longa senectæ dabat.
Romulus hoc vidit, selectaq; corpora patres
 Dixit, ad hos urbis summa relata novæ est.

In floribus maxima spes est pro-
 ventuum.

Si bene floruerint segetes, erit area dives,
 Si bene floruerit vinea, Bacchus erit.
Si bene floruerint oleæ, nitidissimus annus,
 Poma quoq; eventum temporis hujus habent.
Flore simul læso pereunt uvæq; fabæq;
 Et pereunt lentes, advena Nile, tuæ.

EX LIB. VI.

Non semper læta juvant.

Scilicet interdum miscentur tristia lætis,
 Nec populum toto pectore festa juvant.

De officio judicis.

Sic



47

EX FAST. OVI. LIB. VI.

Sic agitur censura, & sic exempla parantur.

Cum iudex, alios quod monet, ipse facit.

Tempus celerrimè præterit.

Tempora labuntur, tacitisq; senescimus annis,

Et fugiunt freno non remorante dies.

EX TRIST. LIB. I.

Expertus pericula facilè expavescit.

Terretur minimo penna stridore columba,
Unguibus, accipiter, sarcia facta tuis.

Non procul à stabulis audet discedere, si qua
Excussa est avari dentibus agna lupi.

Vitaret cælum Phaëthon, si viveret: & quos
Optavit stultè, tangere nollet equos.

Tempore adversitatis probatur
amicus.

Thesæa Pirithous non tam sensisset amicum,
Si non infernas vivus adisset aquas.

Ut foret exemplum veri Phocæus amoris,
Fecerunt furia tristis Oreste tuæ.

Si non Euryalus Rutulos cecidisset in hostes,
Hyrtacida Nisi gloria nulla foret.

Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.

Cum fortuna mutantur amici.

Dum juvat, & vultu ridet fortuna sereno,
Indelibatas cuncta sequuntur opes.

At si.

EX TRIST. OVI. LIB. I.

At simul intonuit, fugiunt: nec noscitur ulli,
Agminibus comitum qui modo cinctus erat.

In eandem sententiam.

Donec eris felix, multos numerabis amicos:

Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Aspicias ut veniant ad candida tecta columbæ,

Accipiat nullus sordida turris aves.

Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam,

Nullus ad amissas ibit amicus opes.

Utq; comes radios per solis euntibus umbra est,

Cum latet hic pressus nubibus, illa fugit:

Mobile sic sequitur fortunæ lumina vulgus,

Quæ simul inducta nube teguntur, abit.

EX TRIST. LIB. II.

De clementia ab exemplo Dei.

SI quoties peccant homines, sua fulmina mittat,

Juppiter, exiguo tempore inermis erit.

Nunc ubi detonuit strepituq; exterruit orbem,

Purum discussis aëra reddit aquis.

Deus parva munuscula non spernit.

Sed tamen ut fuso taurorum sanguine centum,

Sic capitur minimo thuris honore Deus.

Nemo desperet meliora
lapis.

Sed

EX TRIST. OVI. LIB. II.

Sed solet interdum fieri placabile numen,
 Nube solet pulsa candidus ire dies
 Vidi ego pampineis oneratam vitibus ulmum,
 Quae fuerat saevo fulmine tacta Iovis.
 Nil prodest, quod non laedere possit
 idem.

Ignis quid utilius? si quis tamen urere tecta
 Comparat, audaces instruit igne manus.
 Eripit interdum, modo dat medicina salutem,
 Quaeque juvet monstrat, quaeque sit herba nocens;
 Et latro et cautus praecingitur ense viator,
 Ille sed insidias, hic sibi portat opem.
 Discitur innocuas ut agat facundia causas:
 Protegit haec fontes, immeritosque premit.
 Idoneus ad parva, non tentet temere
 majora.

Non ideo debet pelago se credere, si qua
 Audeat exiguo ludere cymba lacu.

EX TRIST. LIB. III.

Magnorum virorum consuetudo fu-
 gienda est.

U Sibus edocto si quicquam credis amico,
 Vive tibi, et longe nomina magna fuge.
 Vive tibi, quantumque potes praelustria vita,
 Saeuum praelustri fulmen ab arce venit.

Nam

EX TRIST. OVI. LIB. III. 45

Nam quanquam soli possunt prodesse potentes,
Non profunt, potius plurimum obesse solent.
Effugit hybernas demissa antenna procellas,
Lataq; plus parvis vela timoris habent.
Afficis ut summa cortex levis innatat unda,
Cum grave nexa simul retia mergat onus.

Fuge nimis alta.

Qui cadit in plano, vix hoc tamen evenit ipsum,
Sic cadat, ut tacta surgere possit humo.
At miser Elpenor tecto delapsus ab alto,
Occurrit regi flebilis umbra suo.
Quid fuit, ut tutas agitaret Dædalus alas &
Icarus immensas nomine signet aquas?
Nempe quod hic altè, demissus ille volabat,
Nam pennas ambo non habuere suas.
Crede mihi bene qui latuit, bene vixit & intra
Fortunam debet quisq; manere suam.

In eandem sententiam.

Tu quoq; formida nimium sublimia semper,
Propositiq; precor contrahere vela tui.

In eandem sententiam.

Vive sine invidia, mollesq; inglorius annos
Exige, amicitias & tibi junge pares.

Principes sunt rusticis clemen-
tiores.

Quo quisq; est major, magis est placabilis ire,
Et faciles motus mens generosa capiti.

Corpore

40
EX TRIST. OVI. LIB. III.

Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni,
Pugna suum finem, cum jacet hostis, habet.

At lupus, & turpes instant morientibus urst,
Et quaecunq; minor nobilitate fera est.

Majus apud Trojam forti quid habemus Achille?
Dardanijs lacrimas non tulit ille senis.

Quæ ducis Emathij fuerit clementia, Pharos
Præclariq; docent funeris exequiæ.

Præter animi bona omnia subjacent
fortunæ.

Nempe dat & quodcunq; libet fortuna, rapitq;
Irus & est subito, qui modò Cræsus erat
Singula quid referam? nil non mortale tenemus,
Pectoris exceptis ingeniiq; bonis.

De atrocitate militum.

Quæ nequeunt secum ferre, aut abducere, perdunt,
Et cremat insontes hostica turba casas.

Res lapsæ facile premuntur.

In causa facili cuivis licet esse diserto,
Et minimæ vires frangere quassa valent.

Subruere est arces & stantia mœnia virtus,
Quilibet ignavi præcipitata premunt.

Esto memor humanæ sortis.

Humanæq; memor sortis, quæ tollit eosdem,
Et premit, incertas ipse verere vices.

EX

EX TRIST. OVI. LIB. IV.

47

EX LIB. IV.

Cantus fallit laborem.

Fessus ut incubuit baculo, saxoq; resedit
Pastor arundineo carmine mulcet oves.
Cantantis pariter, pariter data pensa trahentis,
Fallitur ancillæ decipiturq; labor.

Miserum est semper timere hostium
insultationes.

Quàm miserum, porta vitam muroq; tueri,
Vixq; sui tutum viribus esse loci.

Virtus versatur circa difficilia.

Ardua per præceps gloria vadit iter.
Hæctora quis nosset, felix si Troja fuisset?
Publica virtutis per mala facta via est.
Ars tua Tiphys jacet, si non sit in æquore fluctus,
Si valeant homines, ars tua Phœbe jacet,
Quæ latet, inq; bonis cessat non cognita rebus,
Apparet virtus, arguiturq; malis.

De vi temporis.

Tempore ruricolæ patiens fit taurus aratri,
Præbet & incurvo colla premenda iugo.
Tempore paret equus lentis animosus habenis,
Et placido duros accipit ore lupos.
Tempore Pœnorum compescitur ira leonum,
Nec feritas animo, quæ fuit ante, manet.
Quæq; sui iussis obtemperat Inda magistri
Bellus, servitium tempore victa subit.

D

Tempus

Tempus ut extentis tumeat facit uvaracemis,
 Vixq; merum capiant grana, quod intus habent.
 Tempus & in canas semen producit aristas,
 Et ne sint tristi poma sapore facit.
 Hoc dentem tenuat terram renovantis aratri,
 Hoc rigidos silices, hoc adamantata terit.
 Hoc etiam sevas paulatim mitigat iras,
 Hoc minuit luctus, moestaq; corda levat.
 Nova sunt veteribus & detritis me-
 liora.

Fortior in fulva novus est luctator arena,
 Quam cui sunt tarda brachia fessa mora.
 Integer est melior nitidis gladiator in armis,
 Quam cui tela suo sanguine tincta rubent.
 Fert bene praecipites navis modo facta procellas,
 Quaelibet exiguo solvitur imbre vetus.
 In senectute cessandum est à la-
 boribus.

In cava ducuntur quossæ navalia puppes,
 Ne temerè in mediis dissoluantur aquis.
 Ne cadat, & multas palmas inhoneftet adeptas,
 Languidus in pratis gramina carpit equus.
 Miles ut emeritis non est satis utilis armis,
 Ponit ad antiquos, quæ tulit arma, lares.

Omnia sunt Deo subiecta.
 Nil adeo validum est, adamas licet alliget illud,
 Ut maneat rapido firmitus igne Jovis.

Nil

EX TRIST. OVI. LIB. V.

49

Nil ita sublime est, supraq; pericula tendit,
Non sit ut inferius suppositumq; Deo.

EX LIB. V.

Virtus exercita laudabilis est.

Scilicet adversis probitas exercita rebus
Tristi materiam tempore laudis habet.
Si nihil infesti durus vidisset Ulysses,
Penelope felix, sed sine laude, foret.

De fortunæ instabilitate.

Vilia qui quondam miseris alimenta negarat,
Nunc mendicato pascitur ille cibo.
Passibus ambiguis fortuna volubilis errat,
Et manet in nullo certa tenaxq; loco.
Sed modo leta manet, vultus modo sumit acerbos,
Et tandem constans in levitate sua est.
Nos quoq; floruimus, sed flos fuit ille caducus,
Flammaq; de stipula nostra brevisq; fuit.
In anno plures sunt dies sereni, quam
nubili.

Si numeres anno soles & nubila toto,
Invenies nitidum sepius esse diem.

De intercepti studii jactura.

Adde, quod ingenium longa rubigine lesum
Torpet, & est multo, quam fuit ante, minus.

D 2

Fertils

Nil

200

EX TRIST. OVI. LIB. V.



Fertilis aſiduo ſi non renovetur aratro,
Nil, niſi cum ſpinis gramen habebit ager.
Tempore qui longo ſteterit malé curret, & inter
Carceribus miſſos ultimus ibit equus.
Vertitur in teneram cariam, rimisq; dehifcit,
Si qua diu ſolitis cymba vacavit aquis.

Laus excitat ingenium.

Deniq; non parvas animo dat gloria vires,
Et facunda facit pectora laudis amor.

De fortunæ patientia,

Rara quidem eſt virtus, quam non fortuna gubernat
Quæ maneat ſtabili, cum fugit illa, pede.

Qui monet agentem, laudat.

Qui monet ut facias, quod jam facis: ille monendo
Laudat, & hortatu comprobata acta ſuo.

EX PON. LIB. I.

Non omnis morbus eſt ſanabilis.

Non eſt in medico, ſemper relevetur ut eger.

Interdum docta plus valet arte malum.

Cernis, ut e molli ſanguis pulmone remiſſus,

Ad ſtygias certo limite ducat aquas.

Afferat ipſe licet ſacras Epidaurius herbas,

Sanabit nulla vulnera cordis ope.

Tollere nodofam neſcit medicina podagram,

Nec formidat auxiliatur aquis.

San Waſſer ſuſtigen

Patriæ

Rara quidem est virtus...

*id est
medicus
non sua po
teſtate leabet
mor
egri n do
Medo h
Tollere nodofam...*

*pro
No
Ne
Qu
Cu
Aſ
Al
Ce
Q
O
Fi*

EX OVI. DE PON. LIB. I.

Patriæ amor omnia detinet.

Non dubia est Ithaci prudentia, sed tamen optat

Fumum de patriis posse videre focis.

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos

Ducit, et immemores non sinit esse sui.

Quid melius Roma e Scythico quid frigore pejus

Huc tamen ex illa barbarus urbe fugit.

Cum bene sint clausæ cavea Pandionenatæ,

Nittitur in sylva æqueq; redire suas.

Assuetos tauri saltus, assueti leones

(Nec ferit as illos impedit) antra petunt.

Assiduis laboribus res quantumlibet fir-

ma defatigatur.

Cernis, ut in duris (et quid bove firmitus?) arvis

Fortia taurorum corpora frangat opus:

Quæ nunquam vacuo solita est cessare novali,

Fructibus assiduis lassæ senescit humus.

Occidet quæd circi si quis certamina semper

Non intermissis cursibus ibit equus.

Firma sit illa licet, solvetur in equo venavis.

Quæ nunquam liquidis sicca carebit aquis.

Interdum quiescendum est.

Otia corpus alunt, animus quoq; pascitur illis.

Immodicus contra carpit utrumq; labor.

Contra torporem.

ix

nat

g

g

g

g

g

g

g

g

g

EX OVI. DE PON. LIB. I.

In sifst Cernis ut ignavum corrumpant otia corpus

Das Ut capiant vitium ni moventur aquae.

in ver der bun so Sua quemq; studia delectant.

in mig est malis Scilicet est cupidus studiorum quisq; suorum.

in mig Tempus & assueta ponere in arte juvat.

in mig Saucius evitat pugnas gladiator, & idem

in mig Immemor antiqui vulneris, arma capit.

in mig Nil sibi cum pelagi dicit fore naufragus undis,

in mig Et ducit remos qua modo navit aqua.

in mig De spe.

in mig Hec Dea, cum fugerent scelerat as numina terras,

In Diis invisata sola remansit humo.

Hec facit, ut vivat fossor quoq; compede vinctus,

Liberaq; a ferro crura futura putet

Hec facit, ut videat cum terras undiq; nullas,

Naufragus in medijs brachia jalet aquis.

Sape aliquem soles medicorum cura reliquit,

Nec spes huic vena deficiente cadit.

Carcere dicuntur clausi sperare salutem,

Atq; aliquis pendens in cruce vota facit.

Hec Dea, quam multos laqueo sua colla ligantes

Non est proposita passa perire nece.

Magna spes est in clementia

DEI.

Quamvis est igitur meritis indebita nostris,

Magna tamen spes est in bonitate Dei.

leniter ferendus

EX

EX OVI. DE PON. LIB. II.

EX LIB. II.

Festis diebus gaudendum est.

Dii quoq; a cunctis hilari pietate colantur,
Tristitiam poni per sua festa jubent.

Non est desperandum.

Confugit interdum templi violator ad aram.

Nec petere offensi numinis horret opem.

De falsa vulgi amicitia.

Turpe quidem dictu, sed si modo vera fatemur.

Vulgus amicitias utilitate probat.

Cura quid expediat, prior est, quam quid sit bone-

stum.

Et cum fortuna statq; ceditq; fides.

Nec facile invenies multis e millibus unum.

Virtutem preciam qui putet esse sui.

Ipsa decor recti, facti si premia desint.

Non movet, et gratis poenitet esse probum.

Nil nisi quod prodest, charum est: eni detrabe menti

Spem fructus avidae, nemo petendus erit.

At reditus iam quisq; suos amat, et sibi quid sit

utile sollicitis computat articulis.

Illud amicitiae quondam venerabile nomen

Prostat, et in questu pro meretrice sedet.

Soli fortunati amantur.

Diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est.

Quae simul intonuit, proxima quae q; fugat.

EX OVI. DE PON. LIB. II.

En ego non paucis quondam munitus amicis,

Dum flavit velis aura secunda meis:

Ut fera nymbofo tnmuerunt equora vento,

In mediis lacera nave relinquor aquis.

Similia similibus favent.

Scilicet ingeniis aliqua est concordia junctis,

Et servat studij cœdera quisq; sui.

Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem,

Rectorem dubie navita puppis amat.

Consilium post facta est inutile.

Cum poteram recto transire Ceraunia velo,

Ut fera vitarem saxa, monendus eram.

Nunc mihi naufragio quid prodest dicere facta,

Qua mea debuerit currere cymba via.

Turpe est in rebus adversis amicum

deserere.



Turpe erit in miseris veteri tibi rebus amico

Auxilium nulla parte tulisse tuum.

Turpe referi e pedem, nec passu stare tenaci,

Turpe laborantem deseruisse ratem.

Turpe sequi casum, et fortunæ cedere, amicum,

Et nisi sit felix, esse negare suum.

Pericula expertus, facile terretur.

Tranquillas etiam naufragus horret aquas.

Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo.

Omibus unca cibus æra subesse putat.

Sæpe



EX OVI. DE PON. LIB. II.

Sæpe canem visum longè fugit agna, lupumq;
Credit, & ipsa suam nescia vitat opem.
Membra reformidant mollem quoq; saucia tactum,
Vanaq; sollicitis incutit umbra metum.

In exaudiendis precibus optimè spectatur
potentia.

Conspicitur nunquam meliore potentia causa,
Quàm quoties vanas non sinit esse preces.

Hominem homini opem ferre
debet.

Conueniens homini est, hominem serbare, voluptas

Et melius nulla queritur arte favor.

Quis non Antiphaten Lastrigona deuoret? aut quis

Munifici mores improbat Alcinoi?

Studium facit humanum.

Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes

Emollit mores, nec sinit esse feros.

Adhortatio prodest.

Acer, & ad palmæ per se cursurus honores,
Si tamen horteris, fortiùs ibit equus.

EX LIB. III.

Deus non mox semper audit.

Non semper sacras reddunt oracula sortes,
Ipsaq; non omni tempore fana patent.

56
magnam quidam impetant

meum animum
sacerum ac
fidelis sum

EX OVI. DE PON. LIB. III.

o deo omnipotens
miserere obsecro
tibi ut in quod hanc
noctem sub protectione
alarum tuarum
pareat a
elementis

**Vicinis pereuntibus etiam
terremur.**

consequitur
in quibus

Cum feriant unum, non unum fulmina terrent,

in quibus

Juncta q; percusso turba pavere solet.

cas nos in
deus tuus

Cum q; dedit paries venturae signa ruinae,

agere quia
nisi ut in

Sollicito vacuus sit locus ille metu.

quod de his
theater et colu

Quis non è timidis aegri contagia vitat,

unus ac cum
nisi qui ad

Vicinum metuens ne trahat inde malum ?

coram amilli
dum cum ali

Honesta acta post mortem supersunt.

durem in
morem in

Corpora debentur mæstis exsanguia bustis,

quod precipit
dilectum fime

Effugiunt structos nomen honosq; rogos.

de servat
quod in gale

Occidit & Theseus, qui comitavit Orestem,

de domo
castros qui

Sed tamen in laudes vivit uterq; suas.

Contra invidiam.

de domo
castros qui

Livor, iners vitium, mores non exit in altos,

de domo
castros qui

Utq; latens ima vipera serpit humo.

de domo
castros qui

**Non opus est bene habentibus
medico.**

de domo
castros qui

Firma valent per se, nullumq; Machaona querunt,

de domo
castros qui

Ad medicam dubius confugit aeger opem.

de domo
castros qui

**Novitas omnium rerum gra-
tissima.**

de domo
castros qui

Est quoq; cunctarum novitas gratissima rerum,

de domo
castros qui

Gratiaq; officio, quod mora tardat, abest.

de domo
castros qui

**Post mortem authoris scripta magis
placent.**

Scripta

EX OVI. DE PON. LIB. III.

Scripta placent á morte ferè, quia lædere vivos
Livor, & inviso carpere dente solet.

Bona voluntas est laudanda.

Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas,
Hac ego contentos auguror esse Deos.
Hæc facit, ut veniat pauper quoq; gratus ad aras,
Et placeat caso non minus agna bove.

Res gratior est, ubi oritur & abundat.

Nam, quanquam sapor est ablata dulcis in unda,
Gratius ex ipso fonte bibuntur aquæ.
Et magis adducto pomum decerpere ramo,
Quàm de celata sumere lance juvat.

De clementia DEI.

Crede mihi. miseris cœlestia numina parcunt:
Nec semper lesos & sine fine premunt.

Quod non est assuetum, laborem excusat.
Ductus ab armento taurus detrectat aratrum,
Subtrahit & duro colla novella iugo.

Quædam vulnera curando fiunt
majora.

Curando fieri quædam majora videmus
Vulnera, quæ melius non tetigisse fuit.

Cita mors præstat.

Mitius ille perit, subito qui mergitur unda,
Quàm sua qui liquidis brachia lassat aquis.

Aliud



EX OVI. DE PON. LIB. III.

Aliud est sentire, aliud tollere morbum.

Non eadem ratio est sentire, & demere morbos:

Sensus inest cunctis, tollitur arte malum.

Corrigere opus majus est, quam scribere.

Scribentem juvat ipse favor, minuitq; laborem,

Cumq; suo crescens pectore fervet opus.

Corrigere at res est tanto magis ardua, quanto

Magnus Aristarcho major Homerus erat.

Handwritten notes in Latin and Greek script, including the name 'ALEXANDRUS' and 'HOMERUS'.

EX LIB. IV.

Virtus laudata crescit.

Excitat auditor studium, laudataq; virtus

Crescit, & immensum gloria calcar habet.

De fragilitate rerum humanarum.

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,

Et subito casu, quæ valuerunt, ruunt.

In eandem sententiam.

Ludit in humanis divina potentia rebus,

Et certam præsens vix habet hora fidem.

Nihil est adeo miserum, ut non ex aliqua parte relevetur.

Nulla dies adeo est australibus humida nymbis,

Non intermissis ut fluat imber aquis.

Nec sterilis locus ullus ita est, ut non sit in illo

Mista ferè duris utilis herba rubis.

Nil

EX OVI. DE PON. LIB. VI.

Nil adeo fortunata gravis miserabile fecit,
Ut minuant nulla gaudia parte malum.

Qui tantum dat, quantum potest, satis
gratus est.

sed qui, quàm potuit, dat maxima, gratus abundè est
Et finem pietas contigit illa suum.

Nec quæ de parva pauper Diis libat acerra,
Thura minus, grandi quàm datante valet.

De vi carminis.

Carminè fit vivax virtus, expersq; sepulchri,
Notitiam seræ posteritatis habet.

De vi temporis.

Tabita consumit ferrum lapidemq; vetustas,
Nullaq; res majus tempore robur habet.

De vi usus.

Gutta cavat lapidem, consumitur annulus usu,
Et teritur pressa vomer aduncus humo.

Facile est volenti alterum amare.

Sed præstandus amor, res non onerosa volenti,
Quis labor est puram non temerasse fidem.

Certo tempore homines sunt consolandi.

Temporis officium solatia dicere certi est,
Dum dolor in cursu est, dum petit æger opem.

At cum longa dies sedavit vulnera mentis,
Intempestivè qui monet, illa novat.

Tam

scribere non est
lingua
in
scribere non est
EX OVI. DE PON. LIB. IV.

Tam mala quam bona sunt insignia
& famosa.

Tam mala Therſiten prohibebat forma latere,
Quam pulchra Nireus conſpiciendus erat.

Ex epist. Ovid. ad Liviam de
morte Drusi.

Omnibus moriendum est.

Fata manent omneis, omneis expectat avarus
Portitor, & turbis vix satis una ratis.

Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam,
Omnia sub leges mors vocat atra suas.

FINIS.



*Das ist ein
Signum zum Namen zu zeigen
habe ich gemacht*

68 A 4452

sem. v. f. v. m. m. m. m.

[Faded and mostly illegible handwritten text, possibly musical notation or a list of names]

Jamarborn
und
Gulst

Longe q̄ descendunt
invidiā ceca tulit, penitusq̄ parentibz
Curia paup̄ibz
Ite in equi leti pascentz diores
Cui oratione nostra simul retia mequet
nihilq̄ turp̄ūq̄
iudat cura & sua cuiq̄
lustras

[Faded handwritten text, possibly a signature or title]

[Faded handwritten text, possibly a signature or title]





in gese...
Handwritten text in the upper right quadrant, including the word 'Gung' and 'Gung'.

Handwritten text in the middle section, including the word 'Gung' and 'Gung'.

Handwritten text in the lower middle section, including the word 'Gung' and 'Gung'.


Handwritten text at the bottom right of the page.



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8
Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13



Sum *as in e solo victoria*
FLORES
TIBVLLI^E
PROPERTII AC *3882*
OVIDII, AB JOAN.
NE MURMELIO SELECTI
& à complufculis mendis
repurgati.



*Sum ex libris Wernherij
Isbrinbrody
s. namburgensi
pro iusto tenet.
4o 71 e 363
F. G. Schenck
Quis Constat
p. 1015 hinc
h. l. r. m. p. a. o.
probo A. d. l. s. s. a.
ti no mine g. b. h.
LEMGOVIÆ, *qui p. p. h. m. i.*
Per Heredes Conradi Grothenii *net memo
riam.*
M. D. C. I.*

*Gerhardus A. Wreden
E. v. r. u. s. p. r. o. f. e. s. s. o. r.
p. r. o. f. e. s. s. o. r.*

*Wreden
Wreden
Wreden*

